



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & chariori Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quos contractus irritos facere iuramentum possit. §. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

De Obligat. & Firmitate Iuramenti.

5. Verum si iurans relaxationem petere noluerit, satisfaciet momentanea solutio; & poteritque statim reperere; cum ius tertio non fuerit acquifitum; & solum fuerit solutio facta ob honorem Iuramenti. *Iuxta cap. ad audiendum de iis quae vi.* Et tradit *ibi Abbas in princip. num. 1.* Glos. Antonius Ioannes Andreas & Anchiaranus. *Gutierr. de Iuramento.* 1. p. cap. 53. num. 8. *Couart. de pad. 2. part. §. 3. num. 2.* Si vero fuerit etiam Iuramentum factum, de non repetendo uti debet remedio relaxationis, ut reperere possit. Ita Couart. & Gutierr. *Supra, & Sanch. lib. 3. de sponsalibus, disput. 32. num. 7.*

6. Præterea Iuramenti confirmatorij obligatio transit ad hæredes iurantis non in vi Iuramenti, sed in vi contractus; & obligatio iustitia. Secus est de obligatio Iuramenti non confirmatorij. Huius enim obligatio cum iurante extinguitur ac proinde ad hæredes non transit. Sic Gab. Vasquez *opuscul. de testamentis, cap. 3. dub. 2. num. 17.* Basilius Legionensis *lib. 12. de sponsalib. cap. 8. num. 3.* Et confabat ex iis, quæ infra dicemus; & obligationem nempe Iuramenti personaliter esse, non realem.

§. II.

Quare debeat esse Iuramentum confirmatorium contractus.

S V M M A R I V M.

1. *Necessario debet esse Iuramentum de opere futuro faciendo, vel omittendo.*
2. *Excipiunt aliqui Iuramentum minoris, quo se maiorem esse testetur.*
3. *Iuramentum de futuro confirmans contractum, debet esse de non contraveniendo contractu.*

1. Iuramentum confirming contractum, necessarij esse debet de aliqua opere futuro faciendo, vel omittendo; neque sufficit afferiorum de prælenti, quod solum celebrationem contractus testatur. Colligitur ex Authent. *Sacramenta pubrum, Cod. si aduersus venditionem, ibi super contractibus non contractandis.* Ex cap. *cum contingat, de iuraverando.* Ibi; ne ultrem contraveniant. At non retractare contractum vel illi non contraveniant, opus est futurum. Eigo Iuramentum confirmatorium contractus, semper est de opere futuro. Sic omnes Doctores. Vide Gutierr. in *Authent. Sacramenta pubrum, num. 13.*

2. Ab hac regula excipiunt aliqui Doctores, quos refert Rimondulus *institutus. Quibus alienar licet, §. 2. num. 28. & Seraphin. de iure iuramenti præiugio 83. num. 4.* Iuramentum, quo minor, qui in aspctu maior appetet, iurarer se maiorem esse, cum non sit. Nam ratione huius dolos Iuramenti dicunt, contractum esse firmatum, quando solum deficit contractus ratione minoris artatis. Quia ius in peccatum dolis committi sufficit actum. *Textus est in lege 2. §. 3. Cod. si minor, & maiorem dixerit, & habetur leg. 6. in princ. titul. final. partis 6.* Et subdit ibi ratio, quia iura deceperis, & non deceptoribus fabuente debent.

Ceterum haec dictio non tam est contractus confirmatio; quam denegatio beneficij restitutio, quo minor gaudere potest. Addit hanc contractus firmatam non ex Iuramento, quod dolosum fuit; sed potius in peccatum illius à iure ipso concedi. Sit ergo ceterum Iuramentum confirmans contractum, esse de re futura.

3. Sed quale debeat esse hoc Iuramentum de futuro? Non est constans apud omnes. Forum placitis omisis respondere, debere esse Iuramentum non contraveniendi contractus, non retractandi illum. Colligitur ex *lupradicis decreto in quibus apponitur haec forma pro contractibus confirmandis.* Sic Bartol. Authent. *Sacramenta pubrum, num. 24. & ibi Iafon. num. 28. Sanez. tom. 2. de Religione, lib. 2. de Iuramento, cap. 29. num. 3. & 4. Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 17. dub. 7. num. 56. Sanch. lib. 3. summ. cap. 12. num. 20.* An videtur lupradicum Iuramentum sufficiat, difficultate non caret. Nam si iures vias soluturum; & eaque solutas non reperere; contractum non firmas, sed potes obtenta Iuramenti relaxatione reperere, è contra si promittas sub iuramento, aliquem in hæredem instituere, elo non promittas non contravenire, tener Iuramentum, & contractum firmas eo modo, quo confirmatur, si eo hæredem iudicas, non renocare. Ergo Iuramentum, non retractandi contractum, nec sufficit ad illius firmarem, nec necessarium est.

Facilius est huius difficultatis solutio. Dicendum ergo est, Iuramentum non retractandi contractum, & necessarium esse, & sufficiere, quories ex parte creditoris non datur turpitudo, & datur in contractu viuario. Quantumvis enim solvens vi-

ras, iurec non reperere, recipiens eas retinet non potest; ac proinde Iuramento non reperiendi, talis solutio non confitatur. Neque obstat iuramentum instituendi hunc hæredem, (casu quo obligatorum sit) firmare contractum. Quia illud iuramentum virtualiter & implicitè est iuramentum non reuocandi institutionem. Quia fieri non potest hæredis institutio, effectum & illius reuocatio, institutio namque hæredis non sortitur, quique testator moriatu, & consequenter quique testatori non est potestas reuocandi. Ergo iurans instituere aliquem in hæredem tacitè, & in virtute iuri, institutum non reuocare. Ergo Iuramentum firmans contractum est Iuramentum non contraveniendi illi.

§. III.

Quos contractus irritos confirmare Iuramentum possit.

S V M M A R I V M.

1. *Prima sententia negat, contractum iure invalidum Iuramento firmari.*
2. *Secunda affirmit, quemlibet contractum invalidum ob privatam utilitatem, Iuramento firmari, nisi in credere ad sit turpitudo.*
3. *Tertia sententia distinguat de contractibus invalidis naturaliter, vel ciuiliter.*
4. *Quid tenendum sit?*
5. *Quid ex supradicta doctrina inferatur.*

In varia sententia Doctores diuisi sunt, ut videat eti apud Sanchez lib. 3. sum. cap. 12. & num. 8. tres sunt principiis duc extremis, & vna media.

1. Prima extrema sententia est, nullum contractum iure invalidum confirmari iuramento. Sic plures quos referit Sanchez. num. 8. & sequitur Basilius Legionensis lib. 12. de sponsalibus, cap. 8. num. 43. Ratio est, quia neque cam vim habet iuramentum ex iure naturali, nec ex ciuili, regio, aut Pontificio. Ergo confirmare contractum iure invalidum non potest. Antecedens probo, & quidem ex iure naturali hanc vim non habere iuramentum, manifestum est, ut iam diximus, quia iuramentum solum petit, ut iurans verum efficiat, quod iurat, quod praestare optimè potest tamen ei contractus invalidus persistat. Alijs si ex sua natura haberet, firmatorem contractibus tribueret, & cam concederet contractibus per iniuriam extortis. Ex iure ciuili nulli libi inveniuntur, iuramentum hanc vim habete, imò contrarium non leviter colligitur ex legi non dubium, Cod. de legibus. Vbi Imperator non solum prohibet apponere iuramentum contractibus lege probatis, sed illud irritat, & annulat. Inquit enim Imperator nullum pactum, nullam coniunctionem, nullum contractum inter eos videlicet volumus subsecutur, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Quod ad omnes erat legum interpretationes tam veteres, quam nouelles trahi generaliter imperamus, vigiliori quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat, carcer quasi expresa ex legi licet voluntate colligere, hoc est, rea quæ lege fieri prohibentur, si faciunt facta non solum iniurias, sed pro infectis etiam habentur, licet legislator fieri prohibetur tantum: neque specialiter dixerit, inutile esse debet, quod factum est, sed esti quod fuerit subsecutum ex eo, vel ob id, quod, interdicente lege factum est, illud quoniam calum atque inutile esse precipimus. Secundum itaque prædictam regulam, qua ubique non ferari factum lege prohibente censuum, ceterum est, neque stipulationem huicmodi tenere, nec mandatum illius esse momentum, neque Sacramentum admitti. Quid clarum dici potest, ad probandum Sacramentum non admitti ad contractus reprobatois firmando? Ad id Textus in lege iuris genitum, ff. de patiis iuxta latitatem Gothofredi, & Duaren, quorū pactum à communī remedium est (hoc in reprobatois) ferari hoc non potest necessitate, nec ius iurandum de hoc adiungit, ne quis agat, feminum. Et in lege si quis iniquilinus, §. fin. ff. de patiis, ibi; Diut Seuerus & Antoninus prescripserunt, iurandum contra vim legum, & anterioriter iuris in testamento scriptum nullius esse momentum. Neque aduersus has leges obstat Textus in Authent. *Sacramenta pubrum, Cod. si aduersus conditum.* Vbi inquit textus Sacramenta pubrum sponte facta, super contractibus rerum non retractandis, inviolabiliter constituantur. Quia haec lex non loquitur de contractibus minorum nullis, sed de validis, & qui ratione minoris artatis certari poterant: his inquam contractibus accidente iuramento negatur retractatio. Et quod supradicta lex tantum loquuntur de his contractibus validis, colliguntur, tum ex illis verbis, non retractandis. Nam quod nullum est retractari non potest. Non enim indiger retractatione, sed nul iuris declaratione,

DE
CAST
PALA
TON
II

leg. nam est sit conditione f. de iniust. rupt. Tum quia hac via non contradicere huc lex legibus supradictis. Et ita tenet Donelus lib. 21. cap. 13. Baflius Legion. lib. 12. de fonsalibus cap. 8. num. 55. Burgo. Depaz lege 1. Tauri num. 288. Mation. 3. lib. 5. compit. stir. 4. lege 2. Gloss. 9. num. 10. & alij plures apud ipflos. Ex iure autem nostri Regni non colligitur, Iuramentum contractus aliquin invalidus firmaretur tribueret; solum enim dicitur in leg. 6. tit. 19. partia 6. & alii legibus. Quod debet per guardia la p. Quod absque firmitate contractus fieri potest. Deinde ex iure Pontificis non satis huc firmitas colligitur. Nam etio ius Pontificis diversimode loquatur de Iuramento per iniuriam extorto, ac de Iuramento ab illo qui vi, & fraude praestito. Ut iuramentum per vim dicat esse obsequandum, & iuramento sine vi, & solo addat partculam omnino, & inuiolabilitatem. Ide non constat Pontificis siue contractus aliquin invalidus, sed voluisse his iuramentis negare relaxationem, quam alii iuramentis ob iniuriam & iniuriam concedebat. Adde Pontificis non posse contractus invalidus validos reddere ob iuramentum appositum. Quia materia illorum contractuum Pontificis non subdatur, ut iuramentum praedit. At hoc necessarium erat ut posito iuramento haberent contritus firmataem. Alias iuramentum cadere super contractum nullum, & reprobatum, & consequenter non effet iuramentum honestum, ac prouide neque obligatorium, neque confirmatorium.

2. Secunda sententia extrema sed communis affimat iuramentum firmare contractus iure invalidos ob vititatem priuationis, dummodo non sic in creditore corpori. Sic Sanch. lib. 3. in Decal. cap. 12. num. 11. Fachinus in suis controversi. lib. 3. cap. 11. Gutiert. de Iuramento 1. p. cap. 40. num. 3. & Authent. Sacramenta puberum, & ex cap. 2. & sequentibus, & innumeris apud ipflos. Ratio ea est; quia si contractus aliquin invalidus iuramento non firmatur, & relaxati iuramentum poterit; & casu, quo non relaxetur, non transibit obligatio contractus ad haereses iurantis. At contrarium colligunt ex Authent. Sacramenta puberum, & ex cap. 2. de iuramento in 6. & ex e. quamvis pactum de patib. in 6. & cap. cum contingat de iuramento. In quibus casibus recepitissima Doctorum sententia est, relexari iuramentum non posse, & obligationem contractus ad haereses iurantis transire. Ergo iuramentum hinc vim confirmandi contractus alias invalidos habet. Item si iuramento contractus aliquin invalidus non confirmatur, cogendum necessariò debet is, cui iuramentum praestat ut remittat. Quia est prestatum in contractu nullo, & invalido; & consequenter ex quo nullum ius requiriatur. At nec leges, nec canones taliter inserviant remissionei obligationem. Ergo dicendum est contractum confirmari. Deinde specialiter probatur ex cap. quamvis pactum, de patib. in 6. Vbi d. pacto facto a filia renunciandi haereditatem partis legibus aduerso dicitur. Si tamen iuramento firmatum fuerit omnino seruati debet. Ergo non solum iuramentum, sed ipsum pactum est omnino, & inuiolabilitate seruandum.

Dixi confirmari contractus iure invalidos ob iniuriam priuationem. Quia contractus invalidus ob iuritatem publicam confirmari iuramento non possunt; eo quod sunt de materia illius, & bono communis aduersa.

3. Tertia sententia media distinguit inter contractus invalidos naturaliter, vel ciuiliter. Et contractus invalidos naturaliter, vel ciuiliter. Et contractus invalidos naturaliter, hoc est, quia iure positivo impediens naturaliter obligationem non producere, censet iuramento confirmari non posse; bene ramen illos, quibus sola obligatio ciuilis definit. Sic tenet Lessius lib. 2. de iniuria cap. 17. dub. 5. numer. 56. Sicut lib. 2. de iuramento cap. 29. a numero 3. Rebelloz 2. p. de obigat. iust. lib. 1. quist. 9. num. 2. fine, & alijs relatis à Sanch. lib. 3. cap. 12. numero 9. fine. Mouentur; quia quod nullam vim habet, confirmari nullatenus potest; ideo enim promissio iuratum confirmari iuramento non potest; quia nulla est, nec naturaliter obligationem gignit, deinde ius partis non proueniit ex iuramento, sed ex promissione. Alias iuramento soluendi vires ius parti effectus acquisitionis & in promissione valida iurata duplex obligatio iustitiae respectu hominis est. Alia, quae nascetur ex ipsa, ut iuramento affecta vita obligationem religionis in ordine ad Deum, quod est contra Annes Doctores suppontentes et certum, in iuramento promissio duplum tantum esse obligationem, vnam respectu hominis; aliam respectu D. ergo iuramento cadens super promissione iuritatem, & nullam, qualis est promissio instituendi hunc haeredem aut soluendi pecuniam iusto prohibito acquisitionem; nequaquam valebit firmataem tribueret. Quod si h. s. Doctoribus obiectas Textus in Auth. Sacramenta puberum & cap. cum contingat de iuramento cap. 2. videntur in 6. & cap. quamvis pactum de patib. eodem lib. Ex quibus colliguntur contractus aliquin invalidus iuramento firmari. Respondent, non firmari dicentes, sed indirecte; quatenus firmatur iuramentum promissio non restandi illos contractus; quia promissio

naturalem obligationem patit cum non sit à legibus reprobata; et esto non sit iuris firmi quin iudicis officio mutari possit. Iuramentum ergo non afficit illos contractus alienationis fundi dotalis, renunciationis legitime in se; quia sunt omnino invalidi; sed afficit promissione non contravenienti illis. Quod promissio res distincta est ab ipso contractu; ac que adeo redditus iuramentum illam promissione firmam, & immutabilem, ex consequenti redit contractum omnino firmum. Secus vero esse dicunt, quando promissio non contraveniendi, non distinguitur ab ipso contractu. Ut est promissio non revocandi testamentum, instituendi aliquem heredem. Nam tunc cum iuramentum non cadat super promissioem inducentem obligationem naturalem, non reddit contractum firmum.

4. Verum si licet dicere, quod sentio, propendebam maxime in primaria sententia, quam valde probabilem reputat Suar. tom. 3. de Religione lib. 2. de Iuramento cap. 29. num. 1. Sed quia aduersus illam grauerit vigint Texus in c. contingat de iuramento c. liter. mulieres eodem tit. in 6. & 6. quamvis pactum de patib. eodem lib. Ea de causa existimo contractus hos aliquin nullos iuramento firmari secundum ius Pontificis reliquis invalidis manentibus. Sic docuit acutissimus Antonius Faber, errore 41 pragmar. 5.

Nostra sententia dupl. habet partem. Prima alienatione fundi dotalis, & renunciationem legitimam iuramento firmari secundum ius Pontificis. Secunda nullum contractum iure ciuilis nullum iuramento firmari. Priorum partem probo: Quia Pontifex potest de materia sibi non subiecta disponere; quando animarum salari, & bono communis Ecclesie expedit. At ne via perjurii appetatur iudicari animarum salari expedire, alienationem fundi dotalis, & renunciationem legitimam si iuramento afficiat firmam esse. Ergo credendum est iusta factum esse. Praterea si Pontifex antecedenter ad ipsum iuramentum sed sub illius conditione, & per respectum ad illo supradictos duos contractus validos, & firmos non efficeret; iuramentum illis appositum nullius obligacionis efficeret, viro de actibus vanis, nullis, & à lege repobatis. Iuramentum namque ut obligationem inducat, debet esse de materia aliquius virtutis, que cessar omnino si antecedenter ad ipsum iuramentum, & per respectum ad illo contractus non validantur. Nam contractus illi si in se nulli sunt, cum eos iuramentum afficit, ad iuritatem non pertinent. Quia nullum est ius quod per illos obseruerit; neque pertinent ad fidelitatem; quia pars est potestaria iustitia, obligans verum facere, quod promittit. At quando promissio nulla est cessat haec obligatio. Neque item pertinent ad religionem; quia iuramentum non constituit materiam sicut materiam religionis sed illam intactam relinquunt. Neque denique pertinent ad charitatem propriam sicut soluere latroni, vel vitario promissum ob redimendam veritatem. Ad nullam ergo virtutem pertinent, ergo iuramentum illis adhaerens obligatorium esse non potest, nec confirmatorium. At Pontifex statuit, illa iuramenta omnino & inuiolabilitate esse seruanda. Ergo necessaria afferendum est antecedenter ad ipsa & sub illorum respectu materiam illorum honestasse. Quod alia via fieri non poterat nisi purgando virium nullitatis contractum & eos validos efficiendo.

Neque modus dicendi Suar. Lessi & Rebelloz probandus vlo modo est. Nam si contractus à iure annullatur, consequenter annulatur promissio non contraveniendi illis. Ut manifeste probat textus in leg. non dulium. Cod. de legib. vbi annulato pacto (inquit Lex) sed eti quid fuerit subsecutum ex eo vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum acque inutile esse praecipimus, id ipsum constat ex leg. 28. Cod. de patib. Alias si leges annullantes contractus non extendentur consequenter ad annulandas promissiones, non contraveniendi illis, frustra esse efficiunt, & inefficiuntur; cum facilissimo negotio hac via defraudari contractum nullitas possit. Et praterea eadem ratio rigens in contractibus nullis ne valeat iuramentum, procedit in promissione non contraveniendi his contractibus; ideo namque dicimus iuramentum afficiens contractibus nullis, nec confirmatorium; neque obligatorium esse posse; quia, ead supra materiam nullus virtutis. Sed iuramentum cadens super promissione non contraveniendi contractibus nullis, ead supra materiam nullius virtutis. Ad quam enim virtutem pertinere potest promissio non contraveniendi contractui nullo? Certe non ad iustitiam neque fidelitatem. Haec enim virtutes obligant seruare promissum in rebus honestis & utilibus. Sed non in vanis, & infuctuosis. At non contravenire contractui nullo, est quid vanum, inutile, & infuctuosum. Quia est quaedam illius contractus approbat, & confirmat. Ergo sicut promissio efficiendi contractum nullum, nulla est, quia est promissio cuiusdam rei vanis; ita promissio, perseverandi in illo, nulla esse debet; ac proinde iuramento confirmati nullatenus poterit. P. ex-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. II.

terea si verus esset hic modus dicendi Suarez Lessius & Rebelli, ex illo sequitur manifeste, minorem contrahentem sine auctoritate tutoris, & prominentem state contractum, manere obligatum in conscientia, ac si iurasset, quod certe in iudicio non admittitur, ut ipse derogans efficaciam legum, hos contractus annulantur, & necessitatem Iuramenti ad ilorum firmitatem. Maneat ergo certum ut Iuramentum possit contractus nullos firmare, debere prius contractum vitium purgare. Quod Ponitex facit in ilis duobus generibus contractuum, quia frequentera sunt.

Secundam partem nostram sententiae nempe nullum alium contractum ipso iure nullum praeter alienationem doris & renunciationem legitimam firmari Iuramento. Sic probo: Quia de nullo alio habemus in iure Pontificis fundamentum ad assertum voluisse Pontificem illius vitium purgare. Sed discurramus per alias contractus, ut clare veritas doctrinae constet. In primis omnes Doctores admittunt contractus irritos ob bonum commune Iuramento non confirmari. Quia est Iuramentum de materia iniqua contraria communi bono, & recto Reipublicae regimini. Confunduntur tamen maximè in explicando qui sunt iij contractus, qui ob bonum commune annulantur; Nam quod dixit Sanchez lib. 3. in Decal. c. 9. & n. 31. & sequentibus & lib. 1. de sponsalibus cap. 32. num. 8. Quem Doctores communiter sequuntur, contractum ob bonum commune principaliter prohiberi, & annualiter: quodis disponit de materia ad bonum commune principaliter pertinente; annualiter tamen ob bonum priuatum; quando disponit de materia priuatorum; probate non possum. Nam lex dispensans, ne nouitii ante diuos mensis proximos professioni renunciationem faciat, aliquin irrita sit, & ne clericus ad titulum beneficij sacri iniurias illud renunciet, quin mentionem faciat, se ad illius titulum fuisse ordinatum, disponit de materia priuatorum, qua per se spectata parum intererat Reipublica in uno vel altero eius esse. At quia religione maxime interest liber nouitii ingredi, & statui Ecclesiastico ne clerici medicare cogantur; ea de causa lex disponens de spondit renunciationibus etiam disponit de materia priuatorum, communque bonum respicit, & Iuramento confirmari non potest. Praeterea in testamento quo infinitus heredem, & bona tua relinquis, disponis de rebus non communibus, sed specialibus. Et tamen si illud testamentum nullum sit ob defectum testium, alteriusve solemnitatis à iure requisite, nequaquam firmare Iuramento poteris. Ergo signum est, leges annullantes hos contractus priuatorum materiam relipientes, bonum commune respicer. Illi ergo contractus ob commune bonum annulantur, qui annullant ex defectu formæ, & solemnitatis à iure requisite, ut tradit Gabriel Valquez de testamento cap. 3. sub. 2. num. 30. quem sequitur Baillius Legion. lib. 12. de sponsalibus cap. 8. num. 54. Nam cum illa solemnitas non praescribatur ob hunc, vel illum contractum in particulari, sed omnibus communis sit, & Reipublica contenient modum in contractibus praescribere; ea de causa defectus in solemnitate bono communi praedictar. Ergo nullitas ex illa proueniens auctoritate priuata tolli nullatenus potest; ac proinde neque talis contractus Iuramento firmari. Si vero contractus nulli sit ob priuatum bonum ipso contractum, maior est difficultas, quoniam non possit Iuramento purgari eorum nullitas? Sed adhuc dicendum est, id fieri non posse. Nam cum Iuramentum ex se, & natura sua hinc vim non habeat, sed ex iuri dispositione, & ex dispositione iuris civilis non admittatur Iuramentum, ad firmandos nullos contractus, lega non dubium Cod. de legibus, ex dispositione autem iuris Pontificij solum pro alienatione rerum dotalium, & renunciatione hereditatis paternæ inveniatur admissum, efficit sane, reliquos alios contractus nullos perfistere, & iuramentum illos sufficiens, nullam per se obligacionem habere.

5. Ex his infertur, minoris alienationem ei immobilius absque iudicis decreto, & mobilis absque auctoritate tutoris Iuramento non firmari; neque testamentum; neque institutionem hereditis; neque donationem inter virum & vxorem, neque donationem ultra quingentos solidos, sine insinuatione; neque donationem omnium bonorum cuiam praesentum; neque renunciationem sub Iuramento de alimentis debitibus, & alia huiusmodi. Quia omnium horum contractuum obligations sunt iure Civili nullæ, neque inveniuntur iure Canonico revalidatae, ut capaces sint firmatis à Iuramento provenientis.

Verum, quia communis sententia Iuramento concedit vim confirmandi contractus, placet ea communi sententiæ supponit aliquis casus examinare, in quibus dubium est inter Doctores an Iuramento confirmetur.

§. IV.

Expenditur casus relatus in Authentica. Sacra-
menta puberum, Cod. si aduersus venditionem.

S V M M A R I V M.

1. Statutus litera textus.
2. Loquuntur textus de contractu minoris super rei, quarum dominium & usum fructum habet.
3. An loquatur de contractu valido, an etiam de invalido, effirmant plures de utroque.
4. Probabilis est de solo valido, sed refutabilis.
5. Extendatur ne Authent. ad domesticum aliquo contractum gratiosos; verius est extendi.
6. Non exclusivus minoris iurans contractum absolute à beneficiis restitutiois concepsit in leg. 2. Codice si aduersus venditionem.
7. Non est necesse minorem certiorari de nullitate contractu, nec de beneficio restitutiois, tametsi alij contradicunt.
8. Necessaria est pubertas in minore, ut contractum firmetur, nec sufficiat proximum pubertati.
9. An iuramentum minoris proximi pubertatis obligacionem inducat.

1. Itera huius Authentica breviter & dilucide easum praescribit. Inquit enim textus, Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suorum non restitutiois, inutilabiliter custodiuntur. Pobres vocat textus minores virginis quinque annis, sed maiores quatuordecim, si malefi sunt; si feminæ maiores duodecim, in enim si iure contractum rerum suorum non teratate inutilabiliter oblectare debent.

2. Primo ergo est dubium de quo contractu textus loquatur? Clarus est loqui de contractu rerum suorum, id est illarum rerum quarum dominium, usum fructum, & administrationem habent minores; non vero illarum rerum, quarum usus fructus est apud Patrem, vel alium tertium, ut bene notauit relatis Gutierrez. Authent. Sacramenta puberum n. 33.

3. Sed an confitimus loquaruntur rurum de contractu valido, & refutabilis ob defectum minoris auctoritatis, non est eius contractus. Communis sententia negat de solo illo contractu loqui, sed affirmat decisionem extendi ad contractus nullos; et quod sunt celebrati absque auctoritate tutoris, vel iudicis. Sic Gregorius Lopez. leg. 6. verbo major. tit. 19. partita 6. Gutierrez Authent. Sacramenta puberum n. 33. & que ad 14. & a numer. 13. usque ad 31. & numer. 103. & que ad 106. Antonius Gomez tom. 2. quatinus cap. 14. num. 8. Molina lib. 2. de primogenitis cap. 2. num. 28. Sanchez lib. 3. in De calog. cap. 12. num. 12. in medio & alij plures apud ipsos. Movuntur primo: quia dicta Authentica loquitur generaliter & distincte de contractibus minorum. Secundo: quia debet addere aliquid nouum legi prima Cod. si aduersus venditionem. Cum leges non multiplicent nisi in praedictum dubiarum declarationum, vel in noui iuris constitutorioem, leg. quod habeo, scilicet de Carboviano editio. At si dicta Authent. non extitit ad contractus factos sine iudicis vel curatois auctoritate, nihil superaddit legi prima Cod. codem in. cum ibi claret & manifeste decisum sit, minoris alienatione, praedictum cum decreto Protoris, & iuramentum de carcio nullam suorum controveriam, non posse aduersus suum Iuramentum venire.

4. Nihilominus credo probabilitas virtute supradicta constitutionis solum firmari contractum minoris validum, nempe celebratum auctoritate pratoris si fuerit de rebus immobiliis; & auctoritate curatoris, si de mobiliis. Sicut tenet Dominus lib. 2. c. 13. Burgos Depaz leg. 1. Tauri num. 28. Baillius Legionensis lib. 11. de sponsalibus cap. 8. num. 55. & alij plures relati a Sanchez lib. 3. sum. cap. 12. num. 8. fine. Motetur tunc ne correctionem legum sine virginis fidamento admittant; quia certe admittenda erat, si Iuramentum suum firmaret contractus aliquin nullos ipso iure. Tom quia ipsa constitutio clarè denotat, loqui de contractibus validis. Nam verbum non retractandis, supponit contractus valete, indigeréque retractatione, & non rati nullitatis declaratione. Neque obstant in contractum addenda. Ad primum negamus, non ita generaliter loqui, quia ex ipsis verbis constat loqui de contractibus validis. Ad secundum fatemur, hanc constitutionem aliquid non addere legi prima Cod. si aduersus venditionem. Nam lex prima antiqui Codicis solum loquebatur de alienatione rerum immobilium. At haec constitutio loquitur de quacumque alienatione minoris sive inmobiliis, sive mobiliis.

§. Secundum

DE
LAST
PALA
TOM
III